texture, even after death, more tender then the reſt. The other viſcera had not the leaſt change of their colour, but exhibited a ſound and natural appearance.

Another child, which I ſaw, was ſeized with a dyſentery, attended with a very ardent fever; which, notwithſtanding my utmoſt endeavours to relieve it, carried off the poor infant on the third day. Several, almoſt the whole, of this child's diſcharges by ſtool were nothing but blood. Upon opening the body after death, the whole of the inteſtines were in a very great degree inflamed, and of an intenſely deep red colour, and the contents of the abdomen were inexpreſſibly fetid.

Throughout the whole courſe of the diſeaſe, keeping the patient moderately warm and promoting his perſpiration, was of great importance; and the not ſufficiently attending to this, I more than once ſaw followed by fatal effects.

CVI. *Viro inclyto ac de Republica Literaria meritiſſimo D.* C. Morton, *Med. Doct. Societati Regiæ Scientiarum* Londinenſi *ab Actis S. P. D.* Joannes Lulofs.

Read Dec. 4, 1762.

NISI morbo ſic ſatis diuturno fuiſſem retentus, dudum, Vir ſpectatiſſime, ad te dediſſem literas, gratias acturus, quod me quoque illuſtri ſocietatis Regiæ Præſidi ac reliquis ejuſdem membris ita commendare volueris, ut, quantum mihi ex

ex literis quibuſdam ex Anglia miſſis conſtitit, inter ſocietatis membra numerari mihi contingat: id omni verum contentione me facturum promitto, ut eo nomine haud indignus penitus haberi queam. Licet autem Patriæ Fluvii, quorum cura mihi a ſummis Imperantibus eſt commiſſa, multum iſtius temporis, quod olim aſtronomiæ ac cœleſtibus obſervationibus dare ſolebam, mihi eripiant, attamen ita Uraniæ amor imis medullis eſt infixus, ut ſaltem notabiliora cœli phænomena obſervare nunquam intermittam: ideoque non ingratum fore tibi, Regiæque Societati confido, ſi hiſce inferam brevem obſervationum recenſionem, quas circa utramque Lunæ, ut et circa Solis eclipſin, quæ hocce anno contigerunt in noſtro obſervatorio habui.

Obſervatio deliquii Lunaris 8 Maii 1762.

	h	′	″		
Tempore vero -	II.	32	46	Penumbra admodum denſa in Lunæ diſco apparebat.	
		34	26	Penumbra denſa ad Keplerum.	
		36	41	Umbra aliquantum dubia ad Keplerum	
		41	21	Umbra ad Grimaldum.	
		44	16	Grimaldus totus in umbra.	
		51	6	Umbra ad Platonem.	
		51	52	——— ad Copernicum.	
	III.	2	18	Digiti obſcurati ——	4, 93
		6	56	Umbra ad Manilium	
		13	6	Digiti obſcurati ——	6, 47
		23	49	—— —— ——	7, 56
		34	34	Mare Criſium totum in umbra.	
		43	38	Umbra ad Tychonem.	
		50	56	Tycho tantum non totus in umbra.	

Poſt horam III. 51′ 0″ Luna nimium accedebat ad horizontem, ita ut propter vapores, prope eundem hærentes, maculas Lunares non amplius diſcernere liceret.

ceret. In determinandis phaſibus uſui mihi fuit egregium micrometrum Bradleianum ab Hearnio paratum, atque adplicatum teleſcopio Newtoniano 7 pedum: lens tamen micrometri, cum ſpeculo juncta, tantum amplificat diametrum apparentem 45 ies.

Obſervatio eclipſis Solaris 17 Octob. 1762.

	h	′	″							
Tempore vero	VII.	17	50	ex nubibus emergebat Sol, eclipſis jam inceperat, fere 0,75 digitorum.						
		21	10	partes micrometri		38	33	digiti obſcurati		1,170
		26	50	-	-	35	37	-	-	1,974
		32	54	-	-	33	5	-	-	2,756
		37	19	-	-	29	34½	-	-	3,666
		46	53	-	-	26	28	-	-	4,718
		53	20	Luna ad macularum maximam.						
		55	5	-	-	24	20	-	-	5,163
		58	50	-	-	24	0	-	-	5,302
	VIII.	1	22	-	-	23	25	-	-	5,407
		3	32	-	-	23	0	-	-	5,581
		8	41	-	-	23	0	-	-	5,581
		15	50	-	-	23	5	-	-	5,548
		21	12	-	-	24	20	-	-	5,163
		22	58	-	-	25	20	-	-	4,884
		25	48	-	-	26	20	-	-	4,605
		35	42	Macula memorata tota emergit.						
		39	12	-	-	31	20	-	-	3,209
		51	39	-	-	37	0	-	-	1,675
		56	55	-	-	39	20	-	-	0,990
	IX.	3	12	Finis.						

Micrometrum ita eſt conſtitutum, ut in unaquaque revolutione cochleæ contineantur 40 partes minores, quapropter notavi partes tum majores ſive reſolutiones, tum minores, quæ inter limbum Lunæ & inter limbum Solis comprehendebantur: cum autem Solis diameter

meter horizontalis occuparet 43 partes majores, facilis erat determinatio digitorum obſcuratorum.

Obſervatio defectus Lunaris 1 Novemb. 1762.

	h	′	″					
Tempore vero VII.	30	26		Penumbra denſa apparet, ita ut initium non longe abeſſe judicarem.				
	40	30		Umbra ad Grimaldum & ſimul ad mare humorum.				
	44	56		Grimaldus totus obtegitur.				
	52	26		Tycho totus tegitur.		d	′	″
VIII.	14	4		digiti obſcurati - - -		5	6	54
	22	48		- - - - - - - - - -		6	4	24
	31	49		- - - - - - - - - -		6	27	39
dubia	50	14		Copernicus totus tegitur.				
IX.	3	6		Copernicus totus extra umbram.				
	9	16		Umbra per medium Grimaldum.				
	11	1		Grimaldus totus extra umbram.				
	27	59		Dionyſius extra umbram.				
	40	56		Umbra ad Schickardum.				
	43	9		Schickardus extra umbram.				
	48	17		Capuanus extra umbram.				

Poſt horam IX. 50′ nebula ſenſim denſior evadens impediebat, quo minus phaſes notare, maculas diſcernere & eclipſis finem obſervare potuerim.

Id autem miratus fui in hoc Lunari deliquio, penumbram adeo mature ſeſe monſtraſſe, 7 vel 8 minutis primis, antequam ipſam umbram animadverterem.

Vale, vir ſpectatiſſime, tibique perſuadeas, me nominis tui perpetuum fore cultorem. Dab. Lugduni Batavorum a d. Novembris MDCCLXII.